dicere: sed potestis porta
re modo. Lectio .v.
Quo igitur pacto intellecturi
sumus. omnia enim nota
fecisse discipulis quecumque
audiuit a patre: cum propterea
quedam multa non dicat: quia
sciat eos modo portare non
posse? Sed nimirum quod fac
turus est fecisse se dicit: qui
ea que futura sunt fecit.
Sic enim ait per prophetam. Fo
derunt manus meas et pe
des meos. Nec ait fossuri
sunt: uelud preterita dicens.
et ea tamen futura predicens. Ita
et hoc loco ait. omnia se nota
fecisse discipulis: que se
nouit nota esse facturum
in illa plenitudine scientie.
de qua dicit apostolus. [illegible]

inquit salui facti sumus.
Spes autem que uidetur: non est
spes. Quod enim uidet quis:
quid sperat? Si autem quod non ui
demus speramus: per patientiam
expectamus. Unde etiam et co
apostolus petrus: in quem modo
inquit non uidentes. creditis:
quem cum uideritis exultabi
tis gaudio inenarrabili. et
honorato: percipientes merce
dem fidei. salutem animarum uestrarum.
Lectio sancti euangelii secundum Iohannem.
In illo tempore: Dixit ihesus discipulis
suis. Hec mando uobis:
ut diligatis inuicem. Et reliqua.
Omelia sancti augustini episcopi. de eadem. R.
In lectione euangelica que Lvij
hec nunc antecedit dixerat
dominus. non uos me elegistis sed

License: cc-by – Odense, Syddansk Universitetsbibliotek, RARA Musik L 40, Back cover v – Augustinus, In Evangelium Ioannis tractatus (https://fragmentarium.ms/view/page/F-a73a/12065/86383)